

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

9 Vtrum conueniener distinguantur tres gradus chatitatis, scilicet
incipiens, proficiens, & perfecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

Vtrum charitas in hac vita possit esse perfecta.

AD OCTAVVM sic proceditur. Vñ, q̄ charitas in hac vita nō possit esse perfecta; maxime enim hac perfectio in Apostolis fuit dicta non sequendo dictam viā, scilicet, quod charitas, nec aboles, nec in patim, et augmentabilis in infinitum fecit, sed in eis non fuit. Dicit enim Apostolus ad Phil. 3. Non quōd iam comprehendenter, aut perse-
ctus sum, ergo charitas in hac vita B perfecta esse non potest.

¶ 2 Prat. Aug. dicit lib. 83. q. * q̄ nutrimentum charitatis est dimi-
nuto cupiditatis: sed vbi est per-
fectio charitatis, nulla est cupiditas. Sed hoc non potest esse in hac
vita, in qua sine peccato vivere non possumus, s̄m illud i. loā. I.
Si dixerimus, quoniam peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus:
omne autem peccatum ex aliqua inordinata cupiditate procedit.
ergo in hac vita charitas perfecta esse non potest.

¶ 3 Prat. Illud quod iam perfec-
tum est, non potest viterius cre-
scere: sed charitas in hac vita sem-
per potest augeri, ut dictum est. ergo
charitas in hac vita non potest esse perfecta.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit super primam Can. Io. Char-
itas enim fuerit robora, perfici-
tur: cum autem ad perfectionem ve-
nerit, dicit. Cupio dissolui, & esse
cum Christo: sed hoc possibile
est in hac vita, sicut in Paulo sicut.
ergo Charitas in hac vita potest esse perfecta.

RESPON. Dicendum, q̄ perfectio charitatis potest intelligi duplicitate. Vno modo, ex parte diligenter: alio modo ex parte diligenter. Ex parte quidem diligenter perfecta est charitas, ut diligatur aliquid, quantum diligibile est. Deus autem diligibilis est, quantum bonus est. Bonitas autem eius est infinita, vñ infini-
te diligibilis est. Nulla autem creatura potest eum diligere infinite, cum qualibet uirtus creatura sit finita. Vñ per
hunc modum nullius creaturae charitas potest esse perfecta, sed solum charitas Dei, qua seipsum diligit. Ex parte uero diligenter tunc est charitas perfecta, quando diligit tantum, quantum potest. Quod
quidem contingit tripliciter. Vno modo sic, q̄ ro-
tum cor hominis actualiter semper feratur in Deū. Et hanc est perfectio charitatis patriæ, que nō est pos-
sibilis in hac uita, in qua impossibile est, propter huma-
næ vite infirmitatem. Semper actu cogitare de
Deo, & moueri dilectione ad ipsum. Alio modo,
ut homo studium suum deputet ad vacandum Deo,
& rebus diuinis, prætermis aliis, nisi quantum necel-
litas praesentis uite requirit. Et ista est perfectio chari-
tas, qua est possibilis in uia, non tamen est com-
unis omnibus habentibus charitatem. Tertio mo-
do, quod habitualiter aliquis totum cor suum po-
nit in Deo, ita scilicet, quod nihil cogitet, vel uellet,
quod diuina dilectioni sit contrarium. Et hæc per-
fectio est communis omnibus charitatem habentib.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Apost. negat de-

A se perfectionem patriæ. Vnde * glos ibidem dicit, q̄ perfectus erat viator, sed nondum ipsius itineris per-
fectione perirent.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ hoc dicitur propter peccata uenialia, quæ non contrariantur habitui cha-
ritatis, sed ait: & ita non repugnat perfectioni
uia, sed perfectioni patriæ.

AD TERTIVM dicendum, quod perfectio uia non
est perfectio simpliciter, & ideo semper habet quod
crecat.

ARTICVLVS IX.

*Vtrum convenienter distinguantur tres gradus charitatis in-
cipiens, proficiens, & perfecta.*

AD NONVM sic proceditur. Vñ, q̄ inconvenien-
ter distinguantur tres gradus charitatis, scilicet
charitas incipiens, proficiens, & perfecta. Inter prin-
cipium enim charitatis, & eius ultimam perfectio-
nem sunt multi gradus medij. non ergo unum so-
lum medium debuit ponii.

¶ 2 Prat. Statim cum charitas incipit esse, incipit etiam proficiere. nō ergo debet distinguiri charitas proficiens a charitate incipiente.

¶ 3 Prat. Quātum cunq; aliquis habeat in hoc mun-
do charitatem perfectam, potest etiam cius charitas
augeri, vt * dictum est: sed charitatē augeri est ipsam
proficiere. ergo charitas perfecta non debet distinguiri
a charitate proficiente. Inconvenienter ergo prædi-
ci tres gradus charitatis assignantur.

SED CONTRA est, quod * Aug. dicit super primā
Can. Ioan. Charitas cum fuerit nata, nutritur, quod
pertinet ad incipientes: cum fuerit nutrita, robora-
tur, quod pertinet ad proficiētes: cum fuerit robo-
rata, perficietur, quod pertinet ad perfectos. ergo est
triplex gradus charitatis.

RESPONDEO. Dicendum, quod spirituale aug-
mentum charitatis considerari potest, quantum ad ali-
quid, simile corporali hominis augmento. Quod qui-
dem quāmuis in plurimas partes distinguiri posse,
habet tamē alias determinatas distinctiones secundum
determinatas actiones, vel studia, ad quæ ho-
mo perducitur per augmentum. Sicut infantilis etas
dicitur antequam habeat usum rationis: postea au-
tem distinguuntur alius status hominis, quando iam
incipit loqui, & ratione vitæ: iterum tertius status eius
est pubertas, cum iam incipit posse generare, & sic
deinde quoq; perueniat ad perfectum: ita etiam
& diversi gradus charitatis distinguuntur secundum
diversa studia, ad quæ homo perducitur per charita-
tis augmentum. Nam primo quidem incumbit ho-
mini studium principale ad recedendum a peccato,
& resistendum concupiscentiis eius, quæ in contra-
rium charitatis mouent. Et hoc pertinet ad incipi-
entes, in quib; charitas est nutrienda, uel fouēda, ne cor
rumpatur. Secundum autem studium succedit, ut ho-
mo principaliter intendat ad hoc, q̄ in bono profici-
at. Et hoc studium pertinet ad proficiētes, qui ad
hoc principaliter intendunt, ut in eis charitas per aug-
mentum roboretur. Tertium autem studium est, ut ho-
mo ad hoc principaliter intendat, vt Deo inharet,
& eo fruatur: & hoc pertinet ad perfectos, qui cupiunt
dissolui & esse cum Christo. Sicut et uideamus in mo-
tu corporali, q̄ primum est recessus a termino, secun-
dum autem est appropinquatio ad alium terminum,
tertium est quietis in termino.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ omnis illa deter-
minata distinctione, quæ potest accipi in augmentatione cha-
ritatis

Glos. art.
ibidem ex
Augst.

Infr. q. 183,
art. 4. Et q.
184. 2. 2. 2.
2. diff. 29. ar.
8. q. 1. Et
opu. 6. c. 2.
Et Pial. 24.

Art. 7. huius
quaest.

Tract. 5. de-
clinando ad
h. 10. 9.

QVAEST. XXIIII.

¶ Super Questionis vigesimquarte Articulum decimum.

In articulo 10. omisis 8. & 9. dubium occurrit: quomodo peccatum mortale effectum tollit charitatem, cum charitas a solo Deo sit effectiva, & ab eodem solo effectiva conseretur. Cetero quoque dicuntur, quod peccatum mortale corruptum charitatem demeritorie. Author autem in litera dicit, quod dubius modis scilicet effectiva, & demeritorie.

¶ Ad hoc dubium dicuntur, quod charitas finitum dubio corruptum a quilibet peccato mortali, & non solum demeritorie. Modus autem est in artiendo compositionem ex anima & charitate ex parte subiecti, efficiendo in eodem dispositionem contrariam charitatis.

¶ Ad cuius evidenter facio, quod quemadmodum in naturalibus anima rationalis a solo Deo sit in corpore: & tamen quia compositionem ex anima rationali & corpore ex parte subiecti, subiacet agere naturali, pura, ignis, cum ignis agendo in corpus humanum efficit tantum calorem, ut contrarietur passioni animae in corpore: ignis effectus dicitur expellere animam a corpore: & si in ipsa expulsione anima defineretur esse, ignis non solum diceretur esse, tamen expellere animam a corpore, sed corrumpere ipsam proportionaliter, et in proportionito: quia licet a solo Deo sit charitas in anima effectiva, a voluntate tamen humana dependet effectiva peccatum mortale inducendum in animam propriam: contraria in seipso charitatis in anima illa, ac per hoc peccatum tollit, effectiva expellit charitatem ab anima. Et quia charitas est forma, qua in iuri expulsione ab anima definita esse, ideo non solum effectiva expellit ab anima charitatem, sed corruptum ipsam charitatem.

¶ Ad primam ergo obiectiōnē in oppositione, dicitur, quod plus requiratur ad confirmationem, quam ad destructionem, & bonus consurgit ex causa integra, malum autem ex particularibz de factibus: ideo non est mirum, si charitas requirat Deum ex sua gratia agentem, nec ad eius actionem ponendam sufficiant opera nostra, & ad faciendum Deum non conferuentem hanc charitatem, in hoc sufficiunt opera nostra. Negatur, hoc ex infinita utilitate conservandi procedit sed ex natura rei conservanda in hoc. Oportet nam sicut fieri, ita & conservari in subiecto disposito: ac per hoc sicut non possiderit nec confidetur in subiecto contrario de ipso. Et propter ea res, quae conservanda erat ab actore contrario dispositiōnē in subiecto, corruptum effectiva dicuntur.

¶ Ad obiectiōnē autem ex dicto communī dico, quod videor experiri dictum Arifl. in 2. Metaphysica, quantum vim habet coniunctio. Ex dictis animalia confituntur, quod peccans mortaliter, vel se, non ictum demeretur perdere charitatem: sed si ei ex extristum meritis demeritus, ex ipsa contrariaitate ad charitatem expellit charitatem ab anima, ac per hoc corruptum ipsam effectiva. Et tamen quia aliud multos vox ignorante videtur intulisse, negare videtur id, quod si diligenter persicerent, docent similibus, quia in effectiva expellente animam rationalem a corpore, & in effectiva apponente obitaculum inter aerem, & corporis illuminans eundem.

In cod. ar. 10. dubium occurrit circa illud, Quantitas charitatis, quam habet in comparatione ad obiectum proprium minus no-

F potest sicut nec augeri, ut supra dictum est. Vnde hoc contrarii supradictis, quod charitas augeri potest esse. Ad hoc dicitur, quod author hoc loquutus est de quantitate, non de qualitate, quod est in charita. Hanc enim quantitatem in predictis

sunt diminuit Cōtraria. nata sunt fieri circa idem: sed augmentationis, & diminutionis sunt contraria. cum ergo charitas augatur, ut dictum est supra, videetur tam quod pos sit diminutum.

G

¶

2.

Præt.

August.

10.

Confess.

ad Deum

loquens

dicit.

Minus

te

amat,

qui

fecum

aliquid

amat

Et

in

liber

tate

et

in

conci

ta

et

in

con

tra

et

in

con